



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CXCVII. Otto, Albert und Otto, Markgrafen von Brandenburg, conferiren
dem Convenie zu Walbeck zu ihrer Gedächtnißfeier das Dorf Stemmer bei
Eschenrode, am 25. März 1281.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

mediante legitimi copula matrimonii, inter illustrem N. germanum ipsius, et N. natam nostram, per jam concepta sponsalia, ordinata perpetuae familiaritatis et amicitiae foedera sunt firmata; compromisso nichilominus inter nos et inclytum N. (super) controversiae materia in praedictum N. facto jam pridem a nobis ab ipso N. penitus dissoluto. Quae quidem Vobis idcirco liquido stilo describimus, ut sicut estis nostrorum votivorum successuum avidi, sic efficiamini participes praemissorum.

III.

Contractae jam pridem inter Nos et te veteris amicitiae concordantes, ut de fortunatis et prosperis nostrae felicitatis auspiciis nova laetitiae renovet plenitudo, Ecce, quod tibi significamus ad gaudiosi tripudii incrementum, quod inter Nos et N. per sponsalia jam contracta de matrimonio consummando inter N. fratrem suum, et N. natam nostram perpetuae felicitatis et indissolubilis amicitiae foedera, annuente divina clementia, et N. interveniente consensu benivolo sunt firmata. Et quia N. nuper ad devotionis nostrae conversos obsequia, et se beneplacitis nostris in omni spiritus promptitudine coaptantes, nos decet in oportunitatibus conlovere, super controversiae materia inter te ac ipsos odio tumultu diutius agitata, dilectum familiarem et militem nostrum ad tuam praesentiam duximus transmittendum, Sinceritatem tuam affectu plenissimo deprecantes, quatenus verbis suis, quae tibi nostro nomine proposuerit, plenam fidem super his adhibeas, tanquam nostris.

Nach dem Originalabdrucke aus dem Cod. Trevirensis in Södmann's Cod. epist. Rudolphi regis p. 53. 65. 66.

CXCVII. Otto, Albert und Otto, Markgrafen von Brandenburg, conferiren dem Convente zu Walbeck zu ihrer Gedächtnißfeier das Dorf Stemmer bei Eschenrode, am 25. März 1281.

Otto, Albertus et Otto, fratres, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum notum facimus et presentibus protestamur, quod nos, ob salutem animarum nostrarum, parentum nostrorum et omnium nostrorum heredum, damus et legamus omnipotenti Deo et beate Marie perpetue virgini, preposito, decano ceterisque canonicis in Walbeke, villam dictam Stemmer, citra Eskenrode sitam, cum omnibus juribus et pertinentiis, agris, pascuis, pratis et silvis et cum omni integritate, eo videlicet ordine, ut conventus ibidem celebret et per suos successores jugiter celebrare ordinet et procuret, ut omni anno sequenti die beati Blasii*), cum vigiliis altera die, prout sollempnius fieri potest, missarum sollempnia celebrent ac celebrari procurent. Ut autem presens scriptum in perpetuum valeat ac stabiliter perseveret, nostro sigillo hoc fecimus communiri. Acta sunt hec Arneburch, presentibus hiis: Ludolfo de Esbeke, Helmoldo de Dreyneve, Ghevehardo de Alvensleve, Arnolde de Jagaw, Johanne de Stendel, Brunone de

*) D. i. der 4. Februar. Ungewiß ist, ob das sequenti zu anno oder zu die Blasii gehört, wahrscheinlich jedoch das Letztere.

Eyllleve, Johanne de Krakaw, Johanne de Krughe et aliis quam pluribus nostris militibus et vafallis. Anno domini M^o. CC^o. LXXXI., octavo Kal. April.

Nach Wiggerts Mittheilung aus einem Evangelarium des Klosters Walbeck. Thüring. Sächs. Mittl. II, 61. mit dem Datum octava kal. April. Diese Urkunde steht auch in Gercken's Dipl. vet. march. II, 435 mit dem Datum octavo kal. April. und ein Auszug in Meibaum's Walbeck'sch. Chronik S. 52 mit dem Datum nach dem Lichtmessfesttag (2. Februar).

Hierher gehört auch die folgende Notiz von einer nicht in extenso aufgefundenen Urkunde:

Die Markgrafen von Brandenburg, Otto, Albrecht und Otto, befehlen, daß es in Ansehung der Vogtey des Stiffts Walbeck bleiben soll in dem Stande, wie es bei Zeiten der v. Barby gewesen. Sie wollen auch über des Capitels eigenthümliche Güter sich keiner Jurisdiction, noch über ihre eigenthümlichen Leute, so man Laten nennet, einiger Gerechtigkeit sich anmaßen, noch die Vogtey von dem Schlosse Alvensleben absondern oder aus den Händen lassen, ohne Vorbewußt und Consens des Capitels jemand damit belehnen. Dies ist also abgehandelt und verbriefet auf dem Hause Arneburg 1281. 25. März.

Meibaum, Walbeck. Chronik S. 53.

CXCVIII Otto und Konrad, Markgrafen von Brandenburg, nehmen das Kloster Buckow im Lande Slawe gegen die feindlichen Pommern in Schutz, am 14. April 1281.

In nomine domini amen. Otto et Conradus, Dei gratia Brandenburgenses Marchiones, omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in perpetuum. Quoniam cenobium Bucouienſe, ordinis Cisterciensis, territorii Slauenensis, oppressum nimis inuenimus, grauatum pariter et deualtatum ab hostibus Pomeranis, idcirco ipsius Coenobii et venerabilis viri, domini Frederici dicti Munt, abbatis loci memorati, miserti inopie atque moti, predictum abbatem cum omnibus suis successoribus, conuentum, bona, villas, hereditates suas et homines in perpetuam nostram protectionem suscipimus et tutelam. Preterea notum esse volumus uniuersis et singulis, ad quos presentes peruenerint, quod omnium honorum, villarum, hereditatum, metarum, piscaturarum, aquarum saliarum et recentium Bucouienſis prefati monasterii, que rite, iuste ac legitime ante data presentium possedit et probare poterit privilegiis atque scriptis, quicquid juris titulo proprietatis in hiis habuimus, hoc totum ipsi pretaxato Bucouienſi damus cenobio ad honorem Dei et domini nostri Ihesu Christi, ejus quoque genitricis, Marie virginis et omnium sanctorum perhenniter possidendum, ipsius cenobii restauracioni et quieti perpetuo intendere cupientes. Ne vero hec nostra rationabilis ac pia donatio a successoribus nostris in posterum irritetur, presentem paginam conferibi iussimus, et sepedicto cenobio Bucouienſi dedimus, ad maiorem cautelam et euidenciam hujus rei sigillorum nostrorum munimine roboratam. Actum in castro Turglowe coram idoneis (testibus) fratre Rodolfo, confessore nostro, Ordinis Cisterciensis cenobii Tormensis, fratre Conrado et fratre Johanne, ejusdem ordinis, Magistro Johanne Physico, pre-